



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula facultate colligendi eleemosynam pro confratria Sanctissimi
Sacramenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

ex vobis, inter quos semper fit Reu. N. fiat, agaturve: Cum facultate etiam & licentia vobis omnibus & singulis, tam coniunctim, quam diuisim, ratione premissorum alloquendi RR. N. N. & Cancellariam, & Discretam dicti Monasterij diebus tantum feriatis; & seruatis alijs seruandis; his nostris ad annum valittris. In quorum fidem &c. Dat.

Formula facultatis colligendi eleemosynas.

CAROLVS, &c. Dilecto nobis in Christo. Tibi N. homini laico, cuius vita, & mores, per testificationes nobis factas, probantur, cum praesertim nunquam ipse fueris ex numero quæstorum, quos damnat sancta Tridentina Synodus, his nostris literis, eleemosynas nomine Ecclesiae N. petendi facultatem damus, his infra per te seruatis conditionibus.

Eleemosynas solum intra fines Parochiae Sancti N. eiusque viciniam ostiatim colligas licet.

Præ foribus eiusdem Ecclesiae, in ijs petendis subsistens, nullo modo per Ecclesiam vagando, procurare, aut colligere eas tibi licebit.

Vas illud, quodcumque sit, quo vteris ad eleemosinam excipiendam, duabus clauibus claudatur, quæ diuerso fabri li opere sint.

Earum altera apud N. à nobis electum, altera verò apud eum, qui pro tempore à nobis deligetur, semper sit.

Illud officium gratis, vel constituta certa mercede præstabis. Nec villo modo eleemosinae particeps sis.

Formula facultatis colligendi eleemosinam pro confratris sanctissimi Sacramenti.

CAROLVS &c. Sodalitati sanctissimi Sacramenti, ad vsum eleemosinae excipiendae colligendaeve, capsulam in Ecclesia N. exponendi collocaudive facultatem, his nostris literis damus, conditionibus seruatis, quæ infra præscribuntur.

Capsula sit forma, præfecti nostri iudicio probata.

Duabus clauibus, diuerso opere fabri li confectis claudatur.

Earum altera apud N. à nobis electum, altera verò apud eum, qui pro tempore à sodalitate deligetur, semper erit. Loco congruo, eiusdem præfecti nostri iudicio collocetur.

Capsula assistat, qui matura ætate, & probatis moribus sit.

Is illud officium gratis præstabit; nec villo modo eleemosinarum particeps sit.

Eleemosina collecta, verè ad piū tantummodo eiusdem sodalitates vsum, cuius nomine petetur, conferatur, ex illius probatorum institutorum præscripto.

Formula facultatis colligendi eleemosinam in vrbe & diocesi.

CAROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Sal. Necessitatibus, ac alijs domesticis difficultatibus . . . quantum possumus succurrere volentes; Tibi homini laico, cuius vita, & morum probitas, nobis per testificationes factas commendantur, cum praesertim ipse nunquam fueris de numero quæstorum, quos damnat Sancta Tridentina Synodus, eleemosinas . . .

quærere, petere, ac colligere, in his nostris licere volumus, præstito prius per te corporaliter tactis scripturis iuramento, quod eleemosinas quas collegeris, fideliter . . .

consignabis, nec indulgentias aliquas promulgabis, non prædicabis, nec orationes recitabis; priuilegia nulla, aut Sanctorum imagines, vel campanelas, aut alia quæstoris insignia deferes, vel ostendes; nec minis, aut persuasionibus, vel alio aliquo indirecto modo seu artificio; sed piè, simpliciter, & omni conueniente modestia tibi ad effectum & finem prædictum illas erogari curabis.

Omnibus præterea Præpositis, Vicarijs nostris foraneis, & Rectoribus Ecclesiarum præcipimus & mandamus, vt suis quique in Ecclesijs populo te suo commendent, ad promptamque tibi exhiben-